



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 56. Dissida Erasmus inter & Eppendorsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæcul. XVI.** congregari præcepit, ac paulo post i-  
A.C. 1528. psus eo advenit, simulque sententiam  
 promulgavit, qua omnia Duglassi bona  
 Regis ærario addicebantur. Re com-  
 perta Henricus VIII. Angliæ Rex ad  
 Scotiæ Regem suos decernebat Lega-  
 tos, qui pacem inter dissidentes con-  
 ciliarent; ast illi haud amplius quam  
 quinquennales impetrabant inducias,  
 quæ etiam Bervici utrinque initæ, ac  
 die decima quarta Decembris Anno  
 Domini millesimo quingentesimo vige-  
 simo octavo firmatæ fuerunt. Præter  
 hæc pacta specialis fanciebatur articu-  
 lus, quo Duglassenses in Angliam venire,  
 permittebantur, ea tamen lege, ut urbes,  
 quas in Scotia adhuc possidebant, eo-  
 rum Regi redderent; si vero ad Regnum  
 reverterentur, ac ibidem tumultus fu-  
 scitarent, Henricus hæc damna, perin-  
 de acsi a propriis ejus subditis fuissent  
 illata, reparare teneretur.

## §. LVI.

*Dissidia Erasmus inter & Eppen-  
dorffum.*

**Erasm. epist.** Ad hæc usque tempora celebris Eras-  
53. lib. 30. mus hoc fatum tulit, ut non minus  
pag. 19. 40. omnibus, quibus ejus merita plene e-  
epist. 46. lib. rant cognita admirationi effet, quam  
30. pag. 1633 cavillationibus exponeretur illorum,  
 quibus

quibus vel ejus excellentia, vel sentien- Sæc. XVI.  
di libertas dispicebat. Hanc ob rem A.C 1528.  
inter ipsum & Eppendorfium recens  
exoriebatur controversia. Is erat qui-  
dam Germaniæ Nobilis, cuius nomen  
forte literato Orbi haud cognitum fuis-  
set, nisi per controversiam cum Eras-  
mo agitatam inclaruisset: erat autem  
hæc contentionis occasio. Anno post  
Christum natum millesimo quingentesi-  
mo vigesimo quarto Udalricus Hutte-  
nus inter Poetas longe mordacissimus,  
ac nonnisi acerbis facetiis suis clarus  
Basileam venit; cum ergo non modo  
adversa valetudine sed etiam omnium  
rerum inopia premeretur, Erasmo per  
Eppendorfium significari fecit, quod ei-  
dem colloquendi desiderio flagraret.  
Existimabat Erasmus, quod officiosa hac  
salutatione aliorum invidiam sibi accer-  
seret, imo potius verebatur, ne Hutte-  
nus, cum nullibi tuto confisteret, forte  
in ejus ædibus domicilium figere quæ-  
reret, hinc Eppendorfium rogavit, ut Hut-  
tenum quantum posset humanissime indu-  
ceret, ne Erasmum inviseret. Primo e-  
quidem Huttenus hanc excusationem  
æquo ferebat animo, nihilominus varia  
Erasmi domum intrandi media tenta-  
bat, semper tamen sinistro successu; quo-  
circa hanc repulsam indignatus Mulhu-  
sium sese recepit; ut vero injuriam ul-

I i 2 cise-

Sæcul. XVI. cisceretur, libellum maledico admodum  
 A C. 1528. calamo conscriptum adversus Eras-  
 sum edidit. Nec tamen deerant, qui  
 Hutteni Sarcasmos refellerent; Eppen-  
 dorfius tamen totus in eo erat, ut Hut-  
 tenum vindicaret, non sine gravi Eras-  
 mi indignatione, qui Nobilem hunc Vi-  
 rum hucusque suos inter amicos nu-  
 merabat, nec mente sua assequi  
 poterat, quid tandem Eppendorfum  
 ad tuendas Hutteni partes impulisset.  
 Ea igitur agendi ratio Erasmo permo-  
 lesta accedit, palamque hac de re que-  
 stus est; verum ejus dolorem nonnulli  
 augebant, cum etiam Eppendorfio nar-  
 rarent, quod Erasmus adversus eum  
 aceras ad Georgium Saxoniam Ducem  
 literas dedisset. Quamvis quidem hu-  
 jus accusationis veritas nullo constaret  
 argumento, nihilominus Eppendorfius  
 ira accensus Basileam venit, ut cum E-  
 rasmo publice judicio contenderet. Ac-  
 currunt utriusque partis amici, qui in-  
 ter dissidentes pacem conciliare sata-  
 gunt. Hos inter præcipui erant Rhe-  
 nanus & Berusus, quibus utriusque par-  
 tis querelas excipiendi, litemque so-  
 piendi negotium dabatur. Erant illi in  
 Erasmi ædibus, illucque Eppendorfius  
 accedens, epistolam ab Erasmo ad Du-  
 cem fuisse scriptam pertinacius conten-  
 debat, quapropter postulabat. I. Ut  
 Eras-

Erasmus ea, quæ scripserat, revocaret. **Sæcul. XVI.**  
 II. Eppendorfio librum nuncuparet, in **A C. 1528.**  
 quo læsum illius honorem repararet.  
 III. Ad tuendam ejus innocentiam literas Saxoniae Duci perscriberet. IV.  
 Denique Erasmus pro injuria, quam Eppendorfius sibi illatam reputabat, pauperibus multæ nomine trecentos aureos penderet, nimirum Basileensibus centum, Argentinensibus vero ducentos. Ad hæc Erasmus respondit, præfatam quidem epistolam nunquam a se fuisse scriptam, si tamen vel calamo vel opere Eppendorfium offendisset, paratum esse, ut eum datis literis placaret, atque etiam eidem librum inscriberet, ac denique missa ad Saxoniae Ducem epistola illius honorem defenderet; de cetero existimare se ajebat, quod longe consultius foret, ut de pecuniis, quas erogaret, nulla omnino mentio fiat, ne ejus adversarius spe lucri litem intetasse videatur. Annuit Eppendorfius primis duobus articulis, quos Erasmus adimplere sponderat, firmius vero insistebat petitæ pecuniarum summæ.

## §. LVII.

*Sententia contra Erasmus pro Eppendorfio lata.*

Jam tertia dies effluxerat, qua servide  
 ultro citroque disceptabatur, tandem

I i 3

vero